Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26380
Copyright: Admont, Benediktinerstift

celestis armonie. producit et uentos de thesauris suis et resonant in ethere
fulgura et tonitrua. Procedit ex ordine quando nix et pruina. et guttam balsa
mi et roris ipse stillat. operit celum nubibus et irrigans infundit terram. et dat se
men serenti et panem manducanti. producit in montibus fenum et herba et implet
omne animal benedictione. Numquid profundum maris penetrare possumus. ut monstruosa
diuersi generis formas. et cete grandia ad noticiam mortalium producamus. Minime.
Solus enim ipse nouit que condidit. quamuis qui descendunt in mare in nauibus facientes operationem in aquis m[ultis]
ipsi uiderunt et narrauerunt opera domini et mirabilia eius ipsi. Animaduertite quam filii hominis et intue[mini] [illegible]
ta ut si locus captiuorum id est hic mundus tam mira et uaria pulcritudine adeo de
pictus est. quis sit decor celestis iherusalem ubi habitat maiestas illa incircumscripti lumi
nis qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem ut quidam in
siculo notatur. Si carcer talis est o qua mansio qualis. Si ergo ut credimus spirat ibi
uita et lux perpetua. et laudis eterne glorie plena est ciuitas illa et resonant uerba que
non licet homini loqui. quid adhuc mortalis stipula non dico loqui sine saltem aliquid dig
ne non estimare potest. Scio tamen quia cum laudarent eum omnia simul astra ma
tutina manu eius obstetricante coluber tortuosus non eductus est et proiectus est
in terram. cum et laudis dei expers fieret et panem angelorum fastidiret. Hic sa
ne behemoth sub quo radii solis sunt et cui omnes bestie agri ludunt et quamuis
feno pascitur iam non minus leuiathan mare oberrat. et receptacula omnium flu
minum uorat adhuc insatiabilis et sitibundus permanens. Enim uero talium crea
tor peccatam agnoscit et intelligit. Scito quod ob hoc quia ipse est eterna lux summa
bonitas fons misericordie decor et pulcritudo gaudium et pax salus et spes forti
tudo et potentia uia ueritas et uita ex quo omnia per quem omnia in quo omnia. Cui
est honor et gloria. S. In natale s. Iohannis baptiste.

In beatissimi preconis christi natiuitate sancta et uniuersalis mater ecclesia ho
die letetur et gaudeat. per cuius ortum leta nuntia orituri solis et uenturi iudi
cis accipere meruit. ut in occursum [illegible] eius apparatu quodam prepararet mundum
qui saluare ueniat mundum. Diuinitus [illegible] enim ad penitentiam gentis sanctus
iste directus est. ut carnalem israhelem cui promissio seminis abrahe facta est
ad ortum ueri regis suscipiendum uerbo prepararet. et exemplo informaret.
sicut idem de se sciscitantibus phariseis respondit. Ego uox clamantis in deserto. parate uiam domini.
sicut dixit esaias propheta. Sed et malachias propheta spiritu sancto plenus de se ipso in persona
filii ait. Ecce mitto angelum meum qui preparabit uiam meam ante faciem meam. Vere iohannes angelus
extitit qui nuntia eterne salutis humano generi non solum uoce pronuntiauit.
sed et digito unigenitum patris quem predixit ostendit. et primus ubi uite post legem et prophetas
mundo inuexit. Lex enim et prophete usque ad iohannem. Ab ipso sane euangelium christi
initium sumpsit. Dum ab [illegible] angelo excellentia natiuitatis eius
et magnitudinis [illegible] a christo prerogatiua mitti et sanctitatis predicatur